

8 pro hærede. Tum ꝑ etiam, quod ne in feudis quidem præscriptio sine bona fide, ex dispositione iuris Canonici, in Camera Imperiali in doctrina præscriptionum approbati, procedit, cap. vltim. extr. de præscriptionib. Mynfinger. cent. 4. obseruat. 6. Atque hanc, tanquam communiorē, sententiā amplectuntur etiam Iacobus de Beluifio; Martinus Laudens. Nicol. de Neapol. Petrus Rauenn. & Schenck Baro in d. §. si quis per 30. annos. Kirchouius in thes. commun. opin. lit. F. in verb. feudi præscriptio, & D. Bocer. d. tract. de præscript. feud. cap. 3. num. 10. Sane ꝑ possessio illa non solum iusta, bonaq; fide suffulta; sed & continua, sicque non interrupta esset debet. Quæ admodū enim possessionis continuatione ius commune exposcit, l. 3. l. si is, qui, l. 1. possessio, 20. l. nunquam, l. 1. §. 1. non solum, 33. §. qui pignori, 4. ff. de vlt. & vlt. cap. l. 2. C. de præscript. long. tempor. cap. illud 8. in fin. c. auditis, l. 5. extr. de præscriptionib. ita eandem quoque ius feudisticum desiderat, sicuti arguit particula illa, per. posita in d. tit. 26. §. si quis per 30. annos, lib. 2. F. vbi Bald. num. 2. & Frideric. Schenck. num. 3.

10 Et ꝑ quemadmodum possessio, ac tempus defuncti iure communi prodest etiam eius hæredi, §. diutina, l. 2. Institur. de vlt. cap. l. 1. Pomponius, l. 3. §. sed & legatario, 10. ff. de acquir. vel amit. possess. l. cum miles, 30. in princip. ff. ex quib. caus. maiores, &c. l. vnic. post medium, ibi, vt continetur ei possessio, C. de vlt. cap. transform. ita etiam idem in feudi præscriptione obtinere creditur, docente accuratius D. Bocer. d. tract. de præscript. feud. cap. 3. num. 5. & seqq.

11 Tertium ꝑ præscriptionis feudi requisitum est, vt vasallus domino seruitium exhibuerit, d. tit. 26. §. si quis per triginta. ibi, seruitium domino exhibuerit, lib. 2. F. Et quoniam textus dicit seruitium, & non seruitia; recte inde Doctores colligunt communiter, quod sufficiat, semel intra 30. annos vasallum domino seruitium præstitisse: nec necesse sit, vt singulis id annis exhibuerit, Andreas de Ifernna, Petrus Rauennas, Laudens. Aluarott. Præposit. & Schenck Baro num. 6. in d. §. si quis per triginta. Borcholt. predicto c. 7. par. 3. nu. 7. Roland. à Valle c. 6. l. 3. nu. 79. vol. 1. Alexand. conf. 70. vol. 3. Balbus d. tract. de præscript. 4. part. quartæ princip. quæst. 12. num. 1. pag. 265. Vult. d. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 15. D. Obrecht. disput. 26. th. 210. & seqq. Harprecc.

b Si autem queritur de præscribendo vtili dominio contra dominum. Valde controuersa quæstio est: an ꝑ feudum, absque domini agnatorumque consensu per vasallum alienatum, à tertio bonæ fidei emptore triginta annis præscribatur? Quidam opinantur, bonæ fidei possessorem (qui videlicet putat, domini, & agnatorum consensu feudum in se alienatum esse) triginta annorum cursu tam cõtra dominū ipsū, quam contra agnatos feudum istud præscribere; malæ vero fidei possessorem (qui nimirum scit, vasallum hoc feudū cõtra dominū agnatorumque consensum alienare haud posse) ad præscribendum desiderare tempus immemorabile, Gloss. in cap. 1. §. præterea, de capitulis Corrad. tit. 40. lib. 2. F. ibique Iacob. de Beluifio, Nicol. de Neapol. Baldus, Præposit. Aluarottus, Petrus Rauenn. & Cuiacius. item Schraderus in tract. feud. part. 5. cap. 4. num. 9. Tiraquel. lib. 1. retract. §. 1. gl. 10. num. 9. Ferrar. ens. in forma libell. ad reuoc. feud. Vvumbser. obser. præc. 15. tit. de feud. Borcholt d. Commentar. in consuetud. feud. cap. 7. par. 3. num. 13. Gail. lib. 2. obseru. 160. num. 1. & 2. eoque cum alijs

referens Henticius à Rosenthal. in synopsi iuris feud. cap. 6. conclusio. 150. & cap. 9. conclusio. 132. ad littera A. item in tractat. feud. capit. 9. membr. 2. conclusio. 97. numero. 19. sub littera H. Alij ꝑ ex aduerso existimant, triginta annorum præscriptionem domino bona feudalia per vasallum in extraneū aliquem alienata vindicare volenti nequaquam nocere, per textum in tit. 40. §. præterea, & tit. 55. §. vnde Imperator Lotharius, lib. 2. & tit. 83. in extraordinat. cap. quibus in locis expressum est, feudorum alienationes nullius, ac proinde nec longissimi temporis præscriptione confirmari posse.

14 Cui ꝑ non obstat textus in cap. 1. §. donare, vlt. præscriptione autē. Qualiter olim poterat feudū alienari, tit. 9. lib. 2. F. vbi habetur, quod præscriptione triginta annorum tam sciens, quam ignoras submouebatur. Nam totus ille titulus historicam duntaxat delationē complectitur iuris veteris, non eius iuris, quod Feudista per omnia obseruari voluit, vt perspicue indicat inscriptio tituli, qualiter olim poterat, &c. & verba in ipso textu, poterat olim vasallus, &c. hoc licebat ei, &c. culpa amittebat, &c. nullus curiæ poterat, &c. & maxime verbum illud submouebatur. Nec ad rem pertinet, quod reueritur, rem alodiali annis triginta etiam hodie, ut feudum, plene præscribit; atque ideo videri rursum rem feudalem, ut alodialem, præscribi posse, prædicto tit. 26. §. si quis per triginta, lib. 2. F. Quia hæc longe diuersa sunt, nec eadem utrinque militat ratio. Siquidem in nostro casu (ut scilicet feudum præscribi uideatur, ut fiat alodium) (Reipublicæ magnum inferretur præiudicium: propterea, quod ei periret seruitium à vasallo præstandum. Ast in casu dict. §. si quis per triginta (ubi alodium præscribitur, ut fiat feudum) non patitur Republica damnari, sed potius percipit commodum: cum vasallus domino seruitium præstare, sicque Republicæ prodesse teneatur. Ratio namque, quæ Imperatores mouit, ut prohiberent, ne triginta annorum lapsu feuda præscriberentur, non parua fuit. Videbant quippe Republicæ ingens immineret detrimentum, nisi istud prohiberetur. Vasalli etenim distractis feudis, adeoque bonis exuti seniorum seruitia subterfugebant: per quod Imperij vires ualde attenuari constabat, dū proceres milites suos, hoc est, uasallos, ad expeditionem Principis traducerent non poterant, ut arguit textus in cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. tit. 52 & cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. tit. 55. lib. 2. F.

15 Nihil ꝑ quoque refragatur Glossa in dict. tit. 40. §. præterea lib. 2. F. vbi Doctores plerique auuntant, glossam ordinariam in dubijs esse testem firmissimum. Primo enim glossa isti opponimus aliam glossam contrariam, ex qua satis euidenter apparet, feudum nullam, ne quidem longissimi temporis obstat præscriptionem, in cap. 1. §. 1. vers. quid ergo. in verb. per longa tempora, de inuestit. de re al. fact. tit. 8. lib. 2. F. & sic glossa vna per alteram confunditur. Deinde libenter largimur, non esse firmiorem testem, quam glossam ordinariam, quando scilicet res anceps, & dubia est: quoniam ꝑ in dubijs, ac in incertis, nõ item in claris, & certis locus esse solet coniecturis l. continuus, l. 37. §. cū ita stipulatus. in fine, ff. de verb. oblig. Cum ergo textus in d. tit. 40. §. præterea & d. tit. 55. §. vnde Imperator, lib. 2. F. & in d. tit. 83. in cap. extraordin. pro cõfirmatione nostre sententiæ supra in mediū adducti, clarissime disponant, feudū vltimo tempore præscribi non posse: coniecturandū hic, aut diutinandum minime esse, quoniam ꝑ in cõmuni sensu præditus intelligit. Neque

Neque enim à clatis, & indubitatis Textus verbis recedendum est, etiam si mille Glossæ, & Doctores contrarium teneant. Atque ita, vltima Clarum nostrum, & ab eo memoratos, hanc sententiā defendunt Franciscus Sonebecius in Commentar. ad vsus feudorum, parte 12. numero 156. cum multis sequentibus. Decian. consilio 24. nu. 104. vol. 1. Vulteus lib. 1. de feud. c. 9. nu. 20. Rosenthal. sibi cõtrarius ibi de tract. feud. c. 9. membr. conclusio. 97. num. 37. cum sequent. & D. Bocer. dict. class. 5. disp. 17. thes. 23. edition. 2. & dicto tract. de præscription. feudor. capit. 2. numer. 99. & sequentibus.

17 Non præterenda hoc loco, & illa quæstio est: vtrum dominus cõtra vasallum triginta annorum spacio libertatem præscribere valeat? Et merito receptum est, quod si dominus rei feudalis possessionem nactus, eam 30. annis pro alodiali, & libera, sine contradicitione vasalli, seu agnati, tenuerit; vtilis domini cū proprietate cõsolidationem præscripsisse censetur. Tunc quia res que libet ad naturam suam facile redit. can. ab exordio, 2. & ibi gloss. ad lit. l. dist. 35. §. cum in suo solo 29. in fine Instit. de rer. diuis. l. si vnus 27. §. pactus ne peteret, ibique Iason num. 5. & seqq. ff. de pact. l. hac consultissima 21. §. si quis autem, 3. C. de testamentis. Tū quia ꝑ in simili ille, qui seruitutem debet verbanam, prædij sui libertatem usucapere potest, l. sequitur dict. §. vlt. ff. de vlt. par. & vlt. cap. l. hac autem iura, 6. ff. de seruitutibus prædior. vrbano. Tum ꝑ quia usufructuarius, cui vasallus similis est, argum. tit. 23. §. vltim. libro 2. F. longo tempore usufructum acquirit, l. vlt. in fine. C. de præscript. long. temp. & acquisitum non vtendo tempore eodem amittit, l. placet. 25. & l. si usufructus 28. ff. quib. mod. usufruct. amitt. l. fin. C. de seruitutib. & aqua. Quare, & vasallus, qui feudum longissimi temporis præscriptione acquirit,

acquisitum non utendo, eodem temporis cursu perdit. Nihil ꝑ quippe tam naturale est, quam eodem modo quodque dissolueret, quo colligatum est, leg. nihil tam naturale, 35. ff. de regul. iur. & omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure perent, l. omnia, 100. ff. eodem. Atque istanc sententiā suffragijs consentientibus approbant Baldus, Præpositus, Rauennas, Aluarottus numero 5. & Schenck. Baro num. 6. in fin. ad tit. 26. §. si quis per 30. annos libro 2. F. Pandmitanus in cap. ad audiendum. 13. in fin. extra de præscript. Mynfinger. cent. 4. obser. 28. Borcholt. in d. Comment. in consuetud. feud. cap. 8. par. 3. n. 11. Vult. dicto lib. 1. de feud. c. 9. num. 17. Rosenthal. d. synopsi feud. cap. 6. conclusio. 155 & d. tract. de feud. c. 6. conclusio. 83. Hanuerton. lib. 2. feudor. c. 1. Schneidevvin. de feu par. 4. nu. 53. & D. Bocer. d. class. 5. disput. 17. thes. 18. & d. tract. de præscript. feud. c. 2. n. 46. & multis sequentijs utiles questionibus, feudi præscriptionē concernentes, diligenter explicat. Videri quoque poterunt, quæ a notariis ad principium tituli. Institur. de vlt. cap. numero 115. & sequentibus. Harpr.

c Contra alium. Et istam communem, vnde etiam in collect. mea in verbo, uasallus, n. 43. & nu. seq. limitationē posui quod mala fides nullam præscriptionē potest ualidare: & n. 45. sublimitati alias in bona fides, quæ præsumitur propter possessionē longissimā etiā sine tit. et eo magis quādo nõ apparet aliquis antiquus possessor; cõmune ex eo. Paris. Giach. d. Sed solummodo cursu centū annorū. Adde, & vide per Rol. in conf. 3. n. 98. ubi non cõpetere restitutionem in integr. Marchioni Saluciarum, dicit, & loquitur de præscript. 40. annorum, uel præscriptione immemoriali, in qua nullus Doctor in mudo reperit ui, qui aliter tenuerit, nec quis sanè capitis, qui auderet attentare dare restitutionem aduersum eam. Giach.

QVÆSTIO XLVI. SVMMARIA. Ex Claro.

1 Feudum an imputari debeat filio in legitimam.

2 Et quid si sit ex pacto, & prouidentia. Ex Additionibus.

1 An, & quatenus feudum filijs in legitimam imputetur remissiuè.





ADDITIONES.

QVÆST. XLVI.

Nunquid feudum imputetur filio in legitima. An & quatenus feudum in legitima filij imputetur, post Clarum nostrum, & alios complures ab ipso recitatos, lausissime declarant Hartman. Pistor. in questionibus lib. 2. par. 219. 38. Ludolph. Schrad. in tractat. feud. par. 7. c. 5. num. 43. cum sequentibus, & Henricus a Rosenthal. in tractat. feud. cap. 7. conclus. 13. Harpr.



Quæstio, potest dupliciter considerari. Primo, an filius, cui feudum deseritur, puta, quia ex tenore inuestiturae feudum spectet primogenito, teneatur illud imputare in legitima, siue portionem sibi contingentem ex hereditate, seu bonis paternis. Secundo, an feudum sit computandum in bonis defuncti, quando tractatur de assignanda legitima, siue eius supplemento, alicui ex filijs, cui non debeat pars feudi, an autem sit detrahendum prout etiam detrahitur es alienum, quod habebat defunctus. Dicunt ergo Doctores, quod si feudum est paternum, scilicet acquisitum ab ipso patre, de cuius hereditate igitur tenetur filius illud in legitima imputare. Si vero feudum provenit ab avo, tunc ex quo conferitur, quid aduentitium, non debet imputari. Et hanc conclusionem dicit esse communem Ruin. in rept. l. in quartam. post numerum 17. versicul. Prima

conclusio. ff. ad leg. Falcidiam.

Quæ quidem conclusio de plano procedit, ubi feudum suum set concessum patri simpliciter pro se, et heredibus, quo casu dicitur feudum hereditarium, proculdubio est in legitima imputandum. Et ita sentit Bar. in l. 1. §. nec castrense. n. 6. ff. de collat. bonorum, et dicit esse eorumdem sententiam Ripa in d. l. in quartam, num. 178. & seq. Sed quid si fuerit concessum pro se, & liberis, quo casu dicitur absolute ex pacto, & providentia? Respon. quod nihilominus, si est quæsitum a patre, debet in legitima imputari, & de eo debetur legitima, secundum magis communem opi. ut attestatur Alex. cons. 29. post num. 4. lib. 5. dicens, quod ita etiam est de mente Bart. in d. §. nec castrense, si bene advertatur. Et ratio est, nam cum feudum acquisitum a patre dicebatur feudum novum, & sic de eo pater libere disponere poterat, etiam in extraneum, siue esset quæsitum pro se, & heredibus, siue pro se, & filijs, ut dixi supra q. 41. vers. Et hæc quidem merito filij illud habere dicuntur beneficio paterno, & sic debent illud in legitima imputare. Quæ ratione etiam dicendum est, quod si esset feudum simpliciter, & absolute hereditarium, puta, quia esset quæsitum pro se, & heredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit, esse proculdubio imputandum in legitima, & de eo detrahenda legitima, quia de huiusmodi feudo dicitur ut de ceteris rebus hereditarijs, & allodialibus, ut sapius dixi, & hoc siue esset quæsitum a patre, siue ab avo, vel etiam superiori ascendente: quia in utroque casu militat eadem ratio.

Ex Additionibus.

- 1 An & quatenus vasallus arbores fructiferas incidens feudo cadat.
2 Vasallus alias arbores in locum succifarum substituens feudum non amittit.

QVÆSTIO XLVII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali.

ADDITIONES.

QVÆST. XLVII.

Incidere arbores fructiferas. Vide plenè per Tiraquell. in retract. conuent. §. 3. gl. 1. nu. 25. vsq; ad fin. per tot. & communè per Rolan. in consilio 49 num. 9. vol. 4. & dixi in collecta mea communi opin. in verbo, vasallus, num. 7. vbi ampliatus, & limitatus. Giach.

Quæstio, nunquid vasallus possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali? Resp. quod non. Ita tenet Bart. in l. diuortio, §. fundum, in fin. verbis. ff. solu. matr. Et cum Bart. tenent omnes antiqui, & moder. ut dicit Ias. in d. §. fundum post num. 3. vers. Circa secundam. Licet enim vasallus sit dominus vtilis rei feudalis, non tamen est absolute, & inuocabiliter dominus, quia post mortem tenetur feudum restituere successoribus, qui ex tenore inuestiturae vocatus est ad feudum. Et

hinc infero, quod in casu, in quo vasallus posset absolute de feudo disponere, puta, quia feudum esset absolute, & simpliciter hereditarium, vel quia esset feudum novum, posset etiam incidere arbores fructiferas. Nam cui licet, quod est plus, multo magis licere debet, quod est minus. Et hæc omnia intellige, quantum ad præiudicium filiorum, vel agnatorum, qui successuri essent in feudo. Sed quod præiudicium domini directi, caueat vasallus, ne male verferet in re feudali, quia ex ea causa poterit feudo priuari, ut dixi infra q. 56.

nostrum, & alios, tradit prolixè Henricus a Rosenthal. in tractatu feud. capit. decimo, conclusio. 33. numero tertio, & sequentibus. Si tamen vasallus alias arbores in locum succifarum substituat, eum feudum non amittere verius putatur. argum. lagu, 18. ff. de usufructu. Paulus de Castro, Alexander, & Ias. in l. fructus 7. §. si fundum, ff. soluto matrimo. Schrad. in tract. feud. part. 9. cap. 6. numero 71. quos refert, & sequitur Dominus Collega Boc. clas. 5. disput. 20. thesau. 67. Harpr.

QVÆSTIO XLVIII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Vasallus committens adulterium cum vxore domini priuatur feudo.
2 Et quid si post mortem domini cum ipsa vidua stuprum committat, ibid.

Ex Additionibus.

- 1 Vtrum vasallus cum vidua domini defuncti stuprum committat, ibid.

ADDITIONES.

Stuprum. Item, quod vasallus feudum amittat, si cum vxore domini siue viui, siue mortui concubuerit, commune dicit Ofac. dec. 77. num. 17. Item si commiserit stuprum cum relicta domini: magis est commune vide, & limita per Roland. consil. 86. nu. 40.

QVÆST. XLVIII.



Vt scis, quod vasallus committens adulterium cum vxore domini directi priuatur feudo. Text. est expressus in cap. 1. §. 1. quib. mod. feud. amit. Quæro, quid si post mortem domini committat stuprum cum eius vxore vidua

Item, quod vasallus feudum amittat, si cum vxore domini siue viui, siue mortui concubuerit, commune dicit Ofac. dec. 77. num. 17. Item si commiserit stuprum cum relicta domini: magis est commune vide, & limita per Roland. consil. 86. nu. 40. Et de istis duabus volu. in collect. mea commun. opin. verbo, vasallus item stuprum. Quid si committat incestum, quod perdat feudum, mox dixi. Adde, & vide per Bald. in l. 1. ff. de rerum diuis. vbi etiam licet Papa dispenseret, quo ad matrimonium: tamen vasallus haud recuperabit feudum per allegari ibi per eum, cuius questionem reassumit Bald. sequens Iacobin. de S. Georgio in suis questionibus feud. lib. quæst. 17. & nu. 15. Quid si se commiserit cum concubina domini? Item quid si cognouerit perditse quam domini? vide per eundem Iacobin. de feud. in vers. quod quidem inuestit. nu. 19. & 20. Et quibus causis debeat vasallus feudo priuari? vide ibid. per totum Giach.

Suprum. Fallit si nefciat eam esse vxorem domini sui, quia non priuatur feudo, ut per Alex. in ad. ad Bart. item apud §. si quis virgines, ff. de iniur. Gouean.

Quid, si post mortem domini committat stuprum cum eius vxore vidua. Ardua questio est: vtrum vasallus, cum vidua domini defuncti stuprum committens, feudo suo multetur? Et multari, communiter Feudistæ affirmant, Andr. de Iser. Nico. de Neapol. Matth. de Afflic. Aluarot. & Praposit. in cap. 1. §. item si fidelis, quib. mod. feud. amit. lib. 1. tit. 5. F. Clarus noster hic, & infra lib. 5. sent. §. stuprum, num. 8. Curt. Iunior, in tract. feud. in 4. parte principal. nu. 16. vers. secundo casu, & c. Ioan. de Garronib. in l. 1. nu. 35. C. de secund. nupt. Tiraq. in tract. de nobilitate, c. 18. n. 9. Schrad. in tract. feud. c. 10. concl. 55. & tract. feud. c. 10. cõcl. 27. n. 3. & seq. aliquid ab his laudati. Sed contraria sententia veritati magis consona videtur, per textum in c. 1. §. si. de sine culpa non amittit. vbi disertè dicitur, vasallum beneficium suum amittere. si concubuerit cum vxore domini sui domino viuentè. Quibus posterioribus verbis, domino viuentè, aperissime ostenditur, vasallum, qui uxorem domini stupro maculari, ita demum beneficio suo priuari, si domino viuentè, non autem si eo mortuo istud admiserit. Nam uerba hæc uiuentè domino, sunt duo ablatiui absoluti, quorum eam naturam esse omnibus in confessio est, ut conditionem inducant, siue conditionalem dispositionem faciant, la emptione, §. ff. de pact. l. creditor, 13. in principi. ff. qui potior. in pign. uel hypoth. euctis agtis, & l. lite contestata, §. ff. de usur. l. fructus 7. §. diuortio factu, ff. solut. matr. l. acceptis, 93. ff. ad l. Falc. l. facta, 63. §. rescripto ff. ad SC. Trebell. Gomef. tom. 1. uar. resolu. cap. 8. i. num. 4. uerf. quartus effectus, & c. Atqui conditione deficiente, deficit etiam dispositio, hæc uenditio, 7. in prin. ff. de contrah. empt. l. necessario, 8. ff. de peric. & comod. rei uend. l. legata 4. l. qui heredi, 44. in ff. de condit. & demõst. Crau. cõf. 170. n. 8. Atque huic suffragatur sententia Bal. in d. c. 1. §. si. de feu. sine culp. nõ amitt. Schenc. k. Baro ad d. tit. §. item si fidelis, lib. 1. F. Eguin. Il. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

tens feudo suo multetur.
2 Vasallus feudum perdit, si cum vxore domini uiuentis concubuerit.
2 Ablatiuorum absolutorum natura, & proprietates.
4 Conditiõne deficiente, deficit etiam dispositio.
5 Vasallus grauem iniuriam domino inferens feudo priuatur.
6 Patrono iam uiuo, quæ mortuo semper reuerentia exhibenda.
7 Ratio diuersitatis, cur facilius legatarius legato, quam vasallus feudo priuatur.
8 Vasallus intra luctus tempora viduam domini vitians feudum amittit.

narius Baro lib. 3. de benef. c. 3. Vult. lib. 1. de feud. c. 1. nu. 31. vers. quid. de vidua, & c. D. Boc. clas. 5. disput. 20. th. 56. lit. C. edit. 2. Nelliuss disput. feud. 8. th. 5. lit. B. Gothofredus Anton. disp. feud. 1. th. 5. ad lit. B. Arithmæus disp. 9. Collegij criminal. th. 6. ad lit. D. circa finem, & nouissime H. in tract. feud. c. 14. pag. 385.

an pariter sit feudo priuandus? Resp. quod sic. Ita tenet And. de Iser. in d. §. 1. & est magis cõs. op. dicit Io. Garo. in l. 1. C. de secud. nupt. in. tex. n. 61. Videtur. n. ipsa adhuc esse in primo matrimonio. Præterea dicit DD. q. si trāsisset ad secunda vota, & vasallus cū ea coiret, nõ caderet à feud. cessat. n. eo casu ratio reuerentiæ, quæ uasallus domino præstare tenetur

factam. At in proposita questione iniuria mortuo iã domino est irogata, quam longe leuiore esse quam si uiuenti imposita fuisset, certu est: Tum quia facile obliteratur, & extinguitur, tum quia nullo doloris sensu à defuncto percipitur: tum denique, quia uasallus domino mortuo, aliud cõfessum dominu habet, defuncti scilicet successorè: ut huic tantu, nõ èt amplius defuncto domino fidè debeat. Quamobrè placitis feud. lib. decisu est, uasallu stuprando vxore domini uiuentis, iniuriam ei fecisse gratiore, quã si uiduam domini defuncti stupro uiolasset. & propterea priore casu, non uero posteriore, feudo priuandum esse.

Nihil item obstat, quod sepe reuerentia patrono exhibenda est, tã uiuo, quam mortuo, lapud Celsu, 4. §. aduersus parentes, uerf. sepe enim ff. de doli mali, & ment. recep. & quod liberus cui legatū, aut fideicommissu patroni testu relictu est, quasi indignus eo carere iubetur, si patronu suu post mortè eius, quasi illicitè mercis negotiatorè detulerit, l. 1. ff. de his, quæ ut indignis auferunt. Illud naq; vtrūq; quod his legib. afferitur, respicit duntaxat probrosu patroni factu, quod libertus, ne mortuo quidè patrono, mani festare det: me, eo detecto, èt mortuus patronus infamiæ macula noceatur. At defuncti domini uiduã stupro cõtaminare, nõ est turpe aliquod eius factu manifestare; neq; inde ulla infamia ad ipsu defunctu dominu redudat. Ad hæc ingratiudo, quæ ex dictis legib. colligitur, indignu quidè legatariu legato, uel fideicommissu, à testatore sibi relicto, redidit: uerū illud ad beneficiu feudale porrigèdu nõ est, vt eo casu oēs causas, propter quas legatarius legato priuatur, etiã vasallus de feudo exui debeat: cū grauior ingratiudinis causa ad priuationè feudi, quã ad priuationè legati requiratur. Ratio t differentiæ, cur facilius legatarius legato, quã vasallus feudo propter ingratiudine priuatur, hæc est: quia legatū mere est lucrosu, & grauitu: Feudū autè, quamuis beneficiu sit, tit. 23. circa finè lib. 2. F. attamen non mere gratuitum censetur: quoniã vasallus pro feudo accepto ad seruicia militaria, aliaq; multa onera, domino obligatur, per tex. in c. vnic. uerf. & si contigerit. de nona form. fidelit. & in c. unic. in prin. hic finitur lex tit. 28. li. 2. F. Borchol. in Comment. de consuet. feud. c. 1. nu. 22. & seqq.

Enimvero uasallum, qui intra luctus tempora uiduã domini uitiat, dignum esse amissione feudi, rectè statuitur: Tu quia uiduã, quod intra luctus tẽpus aliu ueneris causa marè admittit suspiciõne de se mouet adulterij, uiuo marito cum altero illo mate cõmissi Nouell. 39. c. 2. uerf. si enim illas, & c. Tum quia